



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Machvmetis Saracenorum principis, eiusque Svccessorvm
Vitae, Doctrina, Ac Ipse Alcoran**

Bibliander, Theodor

[Basileae], März 1550

VD16 VD16 K 2586

Quibus itineribus Turci sint aggrendi, Felicis Petantij Cancellarij Segniæ
ad Vladislaum Hungariæ & Boemiæ regem liber.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97854)

bet alijs optare ac procurare, de quorū cōstantia ac firmitate nihil habet exploratum. Sedet ipse. Qui sibi nūc uidetur stare, ne se efferat animo, iuxta monita D. Apostoli: sed circūspecte agat, metuens casum. Nō est omnino committendū, ut tentemus, ut uelimus, ut optemus experiri, qualis illa futura sit uita. in tantā tentationē morum ac pietatis, nullo penitus modo, quātum prestari à nobis possit, nō debemus sinere ut inducamur. Nā & illis quos confirmaturus & corroboraturus erat ille spiritus, cui pares nō sunt mundi uniuersi & totius naturæ uires, præcipit tamē Deus, uigilent, orent, ne inducant in tentationem: incerti utrum in ea pugna occumbent, an euadent incolumes. Quāto id est nobis omnibus magis orandū, tanto infirmioribus, omni amicorū robore ac uiribus deserti ac destituti: Precibus est hoc contendēdum & omni arte, ingenio, ope, uiribus connitendum: cauendūq; ne tanta perniciēs & tam præfens malum contingat.

FINIS.

QVIBVS ITINERIBVS TVRCI SINT

AGGREDIENDI, FELICIS PETANCII CANCEL-

larij Segniæ ad Vladislaum Hungariæ
& Boemiæ regem.

LIBELLVS.



ACCEPTIMVS, serenissime rex, maiores nostros cū de inferēdo bello cōsultarent, prius itinera quibus tutō in hostes pergerent, multorum & scriptis & documentis accuratius inuestigasse. Qua ex re sæpe cōpertum est, eos fuis ualidioribus copijs, amplissima regna atq; opulentissimas puincias occupasse adeptos. Ea propter opera præcium erit, maiestatem uestram commonuisse, quos terrarū limites, quas uegentiū regiones adeat, in Turcos expeditionem affectans. Et quāuis decenti & matura persuasiōe ad prouisionem ruinae Christianæ opus esset exordiri prolixioribus uerbis, tamē status perturbatissimus rerū me prohibet, eoq; maximē qd maiores nostri, quorū exēplis innitimur, in huiusmodi arduis et mature nauādis rebus impigri ac semper citissimi extiterūt. Igitur dimissis oris maritimis, quæ uersus Asiam nauigantibus patēt, referā qui tramites ex septentrionali plaga in Thraciā & orientem dirigant. Primū igitur ex Pannonia ad Istri & Sauri confluentem, traicitur in superiorem Mysiam prope Belgradū oppidū, ubi due cōcurrūt uie. Altera superior in Thraciam, siue Romaniam: altera inferior ad Dardanos & Macedones mittens. Sed superiorē uiam sequendo, patētibus campis Godomiri præter celebre fanum Ressaue, regum atq; principum illustratum sepulchris, non procul pertransito amne maioris Murauæ, relictisq; sinistrorsum agris Bardiloue, per pagū Branicerū pergitur ad Nisum, olim (ut ruinis cernit) ciuitatē peregregiā, nūc instar uici redactā à Turcis & Bulgaris habitatā. Adiacet altissimis montibus ex finitimo Rhodope progressis, fluuio Nisaua, à quo denominatur, magnaq; uernalium copia rerū inter alios Mysiæ & Tribalorū pagos cēsetur præclara. Abest à traiectu Belgradi cxxx millibus passuum. Ex ea ascendendo ad uicium Pirothi sitū in montanis, per agrato uasto monis Cunorouice iugo arduo atq; difficili, cū ob profunda circum eminentiū rupium cōcaua, tum propter densissimū nemus, longioresq; anfractus,

Diuisio itinerū
à Belgrado.

Nisus.

Pirothi uicus.

anfractus. Fit per quinquaginta miliaria accessus ad Sophiā metropolim Tri
 balorū, emporiū nostris seculis memorādū. iacet in plano, spectās ob orien
 te inferiorem Mysiam, hoc est Sagoriā ex Chyabro flumine, circa Bioniū &
 Nicopolim oppidū, porrectam per limites Istrī ad mare Ponticū, à meridie
 Thraciam, ab occasu & septentrione Cordiscos, Tribalos, et excelsas montis
 Vasiligice alpes. Hinc Rhodope præ alijs quàm plurimis quos habet uertici
 bus est eminentior, quali omnib. finitimis motibus imperitās, qd ex ipsa Gra
 ca denominatōe planē innuit. per cuius asperos & angustissimos aditus bi
 duo pertrāsīt ad plana Philippopolis uel Romanicę. Hac Romani Asiæ quō
 10 dam imperiū sibi uendicātes iter habuere. quorū insigne ad hæc usq; tempo
 ra in montis medio marmoreis erectum columnis cōspicitur. Hinc & Goti
 fredum de Bulgonis, dum terram promissionis recuperaturus pergeret, ad
 Hellepontū siue Callipolis traiectum ex superiori Mysia trāscendisse memo
 riā proditū est. Hisce etiā angustijs Vladislaus Pannoniæ & Poloniæ rex,
 olim ab Amuratho Turcorum principe obsessus retrocedere, & in Panno
 niam ire fuit compulsus. Ex Philppopoli uia tridui & campestri continuē
 ad latus Marizæ siue Hebrī fluminis peruenitur ad Drinopolim, uocatam
 apud prisicos Odrysum, siue Horestida. Ea quantum pulchritudine & gesta
 rū gloria rerū inter omnes Thracię urbes semper claruit, hinc uel maxime de
 20 prehenditur, quod eius fecunditate ueteres Bithyniæ reges allecti, ex Asia
 in Europā cōmigrantes, ipsam sibi in domicilium atq; imperij sedem diu an
 te Byzantię expugnationē tenuere. Ab ea, in Propontidem & Hellepontū,
 siue Callipolim miliaria LX, in Constantinopolim uerò CXX cōputantur.

Sophia.

Rhodope.

Philippopolis.
Romanorum
iter in Asiam.

Hadrianopolis

ALTERA VIA INFERIOR, QVAE EX EODEM BELGRADO
 per Dardanos & Tribalos montes Aemum transgressa prope Hebrum
 cum superiori uia coniungitur.

Altera inferior uia est accessu perfacilis. Patet enim ex Belgrado ad li
 mites Mysiæ & Dardanorū CCLXXX milibus passuum progrediēs,
 circa Ostermice oppidum, & Rauanicense monasterium. Adducit primò ad
 30 Morauam, olim Moschiū dictū, ad latus arcis Crusceuæ fluentē, quādoq; im
 briū exundatione inuadabilē. Dehinc ad Basilicā albam, & Apennini mon
 tes, Mysiam inuicem separans. Rassiāni enim primi huius prouinciæ populū
 feroces ac bellicosi, eam partem incolunt quæ ad Drauū, Sauū & Istrū flumi
 na spectat. Valachi montani, genus agreste hominū, hi gregibus tātūm pol
 lent & armentis: aliā autē quæ ad Dardanos, Macedones, & Tribalos uergit
 Seruiāni gētes usu mitiores, & siderū aspectu benigniori, eo quod magis ad
 meridiem tendant, & frequentia cōmeantium mercatorum. Pertransitis ita
 que montibus, sequitur planū Dubotize frequenter inhabitatū. Sed dimisso
 40 aliquantisper ad læuam tramite, qui ad uillam magnam Procopiæ & Nisum
 dirigit, nō procul offert se uallis Cossouiza cū Labo flumine per mediū eius
 decurrente, pcedens ad latissimū Cossouum campū, celebratum toties diuer
 sarum gentiū certaminibus. Verūm ex multis quæ hic præclare gesta in anti
 quis narrantur annalsibus, pauca in huius cāpi memoriā repetā. Galli olim Gre
 ciā atq; Asiam occupaturi, illic primò tumultuantes cū circū finitimis popu
 lis preliū iniere, nō sine magna strage, ut ex eorū monumētis apparet. Preci
 bus namq; uix inducias obtinuerāt, donec traditis sepulture occisorū corpo
 ribus, à prouincia abirent. Præterea anno iā CL Amuratho Turcorū regi ma
 gna cum Barbarorū multitudine ex Thracia in Mysiā irruenti, Lazarus De
 50 spotus huic cū multis millib. obuians fuit occisus, paucis ex suo exercitu su
 perstitibus,

Moraua.

Rassiani.

Valachi.

Seruiāni.

Dubotize.

Cossouiza ual
lis.Cossouus cāpus
Gallorū clades.Lazari Despo
ti interitus.

perstitibus, apud Turcos uictoria remanente, non incruenta tamen, perempto ibidem eorū rege, ubi eius adhuc intestina marmoreo condita tumulo iacent. Cadaver enim in Bursam, siue Byrsam Bithyniæ metropolim deportatum est, cum alijs ex Othomanorum familia regibus sepeliendum. Postremò hæc fuit illa infausta & omnibus seculis execranda clades, Ioannis Huniadis, genitoris diui Matthiæ Pannoniorum regis, ex cōflictu habito cum Amorthæ & Mahumete Calepino, eius filio qui fuit pater moderni Turcorum imperatoris. Huius campi planicies protenditur circiter LXX millia passuū, usq; ad uiam Cuzamici, et fauces Clissuræ quæ ad Scopiam ducit, posita inter duo flumina Sithnizum & Labum, uallata undiq; montibus, quorum extrema perabundant uicis & pagis, habens ad latus opulentissimum pagum Pristinam: qui ob maximā ubertatem fuit quōdam Mysiæ dominis in summis delicijs. Est in super ad X miliaria Nouamontana ciuitas Germanorum colonia. In principio namq; Saxones in Mysiæ partibus metalla & argenti materiam reperere. Caterum iuxta Horauize lacū & paludes, diuertendo ab ea uia quæ ducit per Binzum, Morauam, ad montes Criuiciniæ infra Mysiam & Dardanos iacentes itinere unius diei ab ingressu Clissuræ, patet accessus ad Scopiam, caput Dardanorum, et terminū Macedoniæ. Hæc ciuitas est ferax, & abtūdās omnib; preciosæ terræ fructib; plena diuitijs, diuersorū peculiaris principis irrigua salubri flumine Vardaro, scaturiente, ex iugis altissimis Orbelli montis qui imminet Macedoniæ, Triballis, Mysiæ, & Dalmatiæ, ac Epiro: propterea opportuna ad cōuocandū exercitū. Inde iter arripiedo per planiciem Gegligoue, uallē Conopnize, Balsa Beobufci pontemq; Strymonis dirimētē Macedones à Triballis siue Bulgaris, prope uillā ripæ Rubæ. Per lustratis cāpis Samocoui, syluis et uastis solitudinib; montis Aemi uocati, apud Triballos eius accolæ Costegnazo difficili admodū uia descēditur ad Marizā, hoc est Hebrum fluuiū & campos Philippopolis, siue Romania. ubi hæc uia inferior, distans à Scopia CCCXXX millibus passuū, cōiungitur cū superiore, ex monte Vasilgiza, siue Rhodope, ad hæc plana progrediente.

TRACTATUS DE COGNOMINE

et situ Romania.

Romania.

Romania autē, de qua paulo superius mentionē fecimus, est regio aprica, affluēs omnibus quæ ad humanū expeditū usum: ab Romanis olim ob magnā situs amoenitatē diu habitata. Vnde propter frequentes in ea prouincia Romanorū colonias, & præsertim Cōstantinopolim, quæ quasi altera Roma uulgò nominari cōsueuit. Eius longitudo à littoribus Aegæi equoris & Strymone fluuiio CCCLXXX millibus passuū progressa, ab oriete Pōto, à septentrione Istri ambitū non longē à Rhodope, iuxta Ciabrū amnem cum inferiori Mysia finitur, latitudo uerò ex uicinis Aemi latebris incipiens, ad meridsem CLXXX uersus Callipolim protenditur.

ALIUS LOCUS VNDE EX PANNONIA IN MYSIAM

iuxta Saslon oppidum traiectus est.

Saslon oppidū.

Belgina.

Maza.

Secundus autē locus unde ex Pannonia trāsitus in Mysiā est, prope Saslon, siue Sabacū oppidū, nō procul inde ubi Drina ex Dalmatia decurrens Sauo immiscetur. Ultra Sauum duæ sequunt prouinciæ, Belgina, & Maza, relictis ad dextram flumine Albo, & his montibus, Sacero, Chirbernico, Crupno, Saeza. Et tunc itur ad famosum uicū Vagbem, montesq; Larzi, exercitibus propter currus & alia impedimenta immeabiles. Ex parte sinistra sit progressus ad uadum maioris Muraue, abluentis ibidem Crusseuan arcem, adharendo semper alijs itineribus superius memoratis.

VIA

VIA QVAE EX PANNONIA PER TRANSSYLVANIAM

mittit uersus Thraciam & Pontum.

Est & tertium iter opportunius minusq; laboriosum, ducēs ex Pannonū finibus in Thraciā, & ad alia loca uicina Ponto. Verū quia tam ipsos Pannonas, quam reliquos trans Danubium commorātes populos, illud minime latet, cum ex concursu commeantium inuicem mercatorum, tum ob cōtinuum bellū quod circa oram Istri, & eas regiones Turcos propulsando exercent, pauca tantummodo ad hanc usam necessaria aggrediar. Buda itaque abest à Varadino, LXXX millibus passuum, interiacentibus Cumanorum locis, & flumine Tibisco. Hinc ad Rhium oppidū prope Crisiam amnem, est uia unius diei semper cāpestis. Ex eo patet accessus per uallem longam in Colusuar, siue Themisuar. Inde ad Sibinium pari spacio itineris et perfacili. Hęc ciuitas est principalis ex septem castris, quæ regio uulgò Transsylvania, siue Herdelia appellari consueuit, bello insuperabilis: parit enim strenuos ac fortissimos milites. Est in ea Huniad oppidum loci natura munitissimū: unde Ioannes pater diui Matthiæ regis oriundus fuit, qui hic primū Turcis, eorū duce Mescribecho interfecto melioribus semper auspicijs uictoriā prosequēdo, ad eō hostibus terrori & suis admirationi extitit, ut omnī sententiā in regni gubernatōrē deposceretur. Ex Sibinio sequitur Corona, siue Bresouia, ultimū oppidum Transsylvaniæ, adiacens montibus qui diuidunt eam prouinciā à maiori Valachia seu Dacia. Hinc tertiā die aditur Tragouiscus metropolis Valachorum, & sedes peculiaris principum inaccessibilis: non muro, nō moenibus cincta, sed fossa, uallo & aggeribus tātū cū sudibus præacutis exterius positis, sita inter paludes obductas, lutosis syluis et lacunis aquarum, ita quod hyeme tota penē circumfinitima regio immeabilis sit. Hęc est prouincia Dacia dicta apud ueteres, Romanorū colonia: unde eius aborigines hac etiā nostra tēpestate, passim Latino utuntur colloquio. Est ea gens barbara, crudelis, diuinationibus & augurijs dedita, rapinis semper & prædæ inhians. Ex his locis declinādo uia ad traiectū Bidinij & Nicopolis dirigētem, ad leua offert se Vasilū castrū, mediū fermē cōsistens inter Valachiam maiorem, siue Moldauiam, ubi sæpe cū Turcis certatū est. Dracula enim cū paucis sed electis, Machumetum Turcorū imperatōrē potissim in maiori Valachia, & ad minorem occupandā maturantem, hic ad secundā uigiliam noctis aggressus, conuersum in fugam ad Danubiū cum magna suorū cæde & ignominia regredi coegit. Hic denique Stephanus Moldauiæ princeps Soleimanū Bassam & ducē Romanæ sic prostrauit, ut ex xxx Turcorū millibus pauci admodū, qui fortē uelocioribus equis infederant, euaserint. Ex Vasillo circiter xxx millia passuū pertrāsitur Ister ad Brilagū, siue Braillouum oppidum: ultra quod occurrit Græcia, procedens ultra septem ora Danubij usq; ad Pontum. ubi est campus Varnæ, celebratus primo conflictu imperatoris Sigismundi & ducis Burgundiæ, postmodum cæde Vladislai Pannoniæ & Poloniæ regis atq; legati Apostoloci.

VIA PER QVAM EX VARBOSANIA ITVR

uersus mare & montes Corbauia.

Reliquū est, ut quā breuissimē enarretur ex quibus Dalmatiæ partibus Turci irruāt in Germaniā, & in alias circumfinitimas nationes. Est igit in ea prouincia locus qui Varbosania dicit, caput & sedes principalis ducis eius gētis, quō oēs ex Asia et Europa barbari prædæ ac rapinarū audicōfluūt: propterea quōd inde facilis discurretur siue ad orā maritimā, seu per Licham & montes Corbauia, in Liburnos, Istros, Lubianam, & forū Iulium: uel ex

Cumani.

Sibinium.
Septē castra.

Huniad oppidum.

Corona.

Tragouiscus.

Dacia.

Valachorum mores.
Dracule uictoria.

Stephani Varnæ uocæ facinus.

Braillouus.

Varnæ cæpus.

Varbosania.

monte Adrio, qui ferme medius inter Bosnam & sinum Adriacū cōsistit, ad Croaciam declinando, in Carniolam, Ciliam, Carinthiā, Stiriam usq; Austrię penetratur fines: sed ex declinatione itinerum quibus ad eas transit gentes, ubi quæq; dictarū regionum plenius apparebit. Hostes itaq; ex Varbosania ad planiciē Thimæ siue Sethiæ, distantē c l x x milibus passuum, & ad alia loca proxima mari discurrere uolentes, et si plures aditus habeāt, duos tamē

Excursionum
Turcicarū duo
aditus.

continuis excursiōibus sibi magis cognitos, & quasi faciliores frequētant: al-
tero circa Visochij Ganzan, & Profor oppida descēdūt ad Clissam, Spaletū,
Traguriū & Scibenicū: altero aut longius ad Cluci arcē porrecto, præter Bi-
strizā, intrans in Iadræ plana patentia usq; ad fretū, dirimens insulas ab inui-
cē à p̄montorio Corbauig, ceterisq; mediterraneis locis. Verūm regrediēdo
ex istis cāpis ad Cluci, oppidū & montes, unde in hæc litora diuertitur, duæ
offerūt se uia. Alia uersus Bichachiū & Hun, siue Hunan fluuium pergens,
alpinū Corbauig per angustias plerisq; in locis, transitu difficili & arcto, uix
pedibus peragrando, dimissis ad læuam Nouij & Buchari oppidis, cū Istria,
Tergesto, et Mütefalcon feruntur ex limitibus Bosnæ c c c x x milibus
passuum, ad Hissunitium amnem.

VIA QVA EX CLUCI OPPIDO VERSVS HVN FLV-
uium progreditur, et per quam itur in Germaniam.

Incurso in
Croaciam.

Sed superiorē uia tendēdo, trañciētes Hun fluuiū ad latus Bichachij, reli-
cta Cruppa ad dexterā, semper locis cāpestribus spacio l miliarū offen-
dūt omnē regionē Croacię circa Modrusiū, usq; ad Cruppā & Sauū fluuios.
Hinc etiā in Lubianā excursiones fieri possunt per eosdē montes Corbauig,
uia stricta, lapidosa & aspera. Post Cruppam amnem sequit Methlica, in cu-
ius finib. est mōs arduus, trāsitu difficilis, porrectus ad quatuor miliaria, ubi
paucō admodū præsidio iter hostib. præcluderetur. Inde ad Sauum & Car-
niolam transcurrunt, & ultra Sauum per Ciliam, Carinthiam & Stiriam pro-
uincias Drauo flumini adiacentes, depopulaturi dextera Muram fluuium
& Austriam adoriantur.

VIA EGNATIA EX EPIRO SIVE DYRRHACHIO,
per Aemathiam in Thraciam progrediens.

Via Egnatia.

Candauia.

Dixi præterea peropportunū fore, si nostræ ætatis hominib. simul atq;
posteris notū fieret, per quæ itinera olim Romani exercitus ex Epiro
in Macedoniam siue in orientem transibant, præsertim cū & assidua bellorū
uastitate & tēporū uicissitudine nomina urbiū atq; locorum oblitterata, om-
ninoq; hodiernis Christianis militibus incognita existāt. Proinde duæ sunt
uia. altera Egnatia, ex Dyrrhachio in orientē, quam Strabo geographus ad
Hebrū fluuiū Thraciæ per millia passuum d atq; xxxv mensus est, altera
autē ex Apollonia, quæ Candauia à mōte Illyrici denominat, in Macedoniā
c c l x vii, Thessalonicā usq; progrediens. Sed prior Egnatio ex Dyrrha-
chio per Pharsalicos & Aemathię campos, linquendo sinistrorsum Pandam
fluuiū, & montes Ducagnorū circa Lisum Aemathiæ quondam nobilissi-
mam ciuitatem, & frequentissimos Vrachij & Dibri pagos, pergens ad Bel-
gradū oppidum ferme medium inter Aemathiā, Thessalos & Macedones,
dimissis ex parte dextera Thessaliæ montibus, læua uerò Drina fluuiū, pera-
gratis syluis & nemoribus finitimorum montium, descendit in planiciem
Macedoniæ, extensam uersus Hebrum & Thraciam.

VIA CANDAVIAE MARITIMA, EX APOL-
lonia ad fauces Propontidis extensa.

Secūda uerò uia, quæ Candauia dicitur, ex Apollonia, unde sumit initium
Epirus, ad sinum Ambraciū, præter Aulonis siue Valonę lacū procedēs,
dextror.

dextrorsum adiacēt sibi gentes Epīroticę, quas Siculū mare alluit. Hęc regio vulgō Arbanus nuncupatur, diu sub Aranitorum dominio habita, cū Acheloo, vel (secundū accolas) Pachicolamo amne ē Pindo decurrente cōiungit. Illic terminus Epīri. Ab eo per Acarnanes ad Euinum, seu Phidarim fluuiū, qui in os sinus Corinthiaci influit, dirimentis Aetoliā à Peloponneso, ad Anthiriū flumen Isthmo pertinet. Verūm tota hęc usā superius memorata cōtinuē extenditur per oram maritimam, aditu quibusdam in locis aspero, & longius à mari ambiēdo, ob crebros pminētes in hęc littora mōtes. Ea post Isthmū ab Aegeo excepta pelago, per locos Phocēses, Bœotios, Atticos, & Megarenses. Gręcię maritimos populos circa Eubœę atq; Thessalonicę sinus dimissa ad lauam Larissa, descendit usq; Thessalonicam clarissimā Macedonice urbem. Dehinc rursus ad latus eiusdē freti uersus meridiem, Athon montē declinādo, per plana & mōtes Strymonē trāsgrediens (qui Macedones à Thracibus diuidit) locis semper maritimis ad Aemio oppidum extenditur, ubi Hebrus Thraciæ fluuius Aegeo immergitur æquori. Hinc duo patent itinera. Alterum per LX milliaria uersus Adrianopolim: alterum autem ad lauam per pontem Aeginæ, supra paludes & lacus miro artificio tribus milibus passuum extensum, præbetur accessus ad Callipolim. ex ea in occasum diuertendo, faciliē ad fauces peruenitur Propontidis, siue Dardanellum.

Arbanus regio.
Achelous.
Euinus fluuius.

Græcia maritima.
Thessalonica.

Hebri ostia.

EPILOGVS EXHORTATORIVS

ad inuadendum Turcos.

Hæc sunt itinera à Romanis olim toties peragrata exercitib. nūc à Christianis obnixius affectada, si pulsus ex Europa barbaris, perpetua pace potiri cōcupiscunt. Non est ita expectandus hostis, neq; dimicandum cū eo in limitibus & gremio Italiæ. In Epīrum siue Macedoniā transportandæ sunt copię uno atq; eodē momento. Hinc & ex Pannoniæ oris bellum Thraciæ inferendum esse, nemo iam ambigit: nō defuturum enim militē, neq; cōmetum, omniaq; necessaria præstō fore. Aderunt & ex circumfinitimis prouincijs undiq; fideles populi, solā Christianā expeditionē præstolātes parati hostes undiq; adoriri, quā primū senserint Christianorū castra, Istrū, & ex Italia exercitum Adriæ fretum traiecisse. Hęc est una atq; extrema usā debellandi hostem. Legimus namq; Alexandrū Magnum cū Dario Persarum rege in Asia decertasse. Xerxes ne ab Atheniensibus in regno suo circūuentretur, prior ipse Græciam inuasit. Hannibalis quoq; una atq; eadē sentētia semper erat, ut in Italia bellū gereret. neq; ab ea iā uictor prius reuocari potuit, quā translato in Africam bello. Cæsari etiā tanta in opprimendis hostibus celeritas inerat, ut plerunq; ipse famā sui aduētus præueniret. Sed prætermittēda sunt tot exterarum gētium exempla, solummodo unū relinquitur dignū memoria, ac celebrādum posteris documentum Ioannis Huniadis, qui nunquam passus est Turcos aduersus Christianos expeditionem mouisse, quin eos in ipsa Thraciā aggredieretur. Cuius præclara ac sanctissima pro defensione orthodoxæ reipublicę incepta nostræ tempestatis principes imitari, Dominus IESVS CHRISTVS Deus optimus maximus faxit.

In suis terris q;
græciens ho-
stes.

Ioannis Huniadis prudentia.

F I N I S.

JACOBI